

Et subtripla progressionis ab unitate comprehensa totidem cognominibus ponderibus appenduntur. Sic libra usque ad 7. appenduntur tribus ponderibus, subdupla, quorum primum unius librae, secundum binarium, id est, duarum librarum, tertium quaternarium sit, id est, quatuor librarum. Quia progressionis 1. 2. 4. termini 7. comprehendunt. Sic libra usque ad 15 appenduntur quatuor ponderibus huic progressionis cognominibus 1. 2. 4. 8.

Sic libra usque ad 31. ponderibus hujus continuationis 1. 2. 4. 8. 16.

Sic in subtripla progressionem libra usque ad 40. appenduntur ponderibus hac progressionem significatis 1. 3. 9. 27. Sic libra usque ad 121. appenduntur his ponderibus 1. 3. 9. 27. 81: Et sic deinceps librae terminis subtripla progressionis comprehensa totidem cognominibus ponderibus appenduntur.

DE NUMERIS FIGURATIS LAZARI SCHONERI LIBER.

CAP. I. EXPLICATIO NOMINIS, communes affectiones figuratorum & species.

1 Figuratus dicitur numerus multiplicatione factus: ejusque factores dicuntur latera.

Figuratum a figura dici manifestum est sed modificatè, quod intelliges facile, si ad 15. d. 7. quae est multiplicationis definitio etiam apud P. Ramum